

Zeitschrift: Botanica Helvetica
Herausgeber: Schweizerische Botanische Gesellschaft
Band: 91 (1981)

Artikel: Inga Ricardorum, species nova ex regione fluminis Ucayali, Peruviae
Autor: Bernardi, Luciano / Spichiger, Rodolphe
DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-64301>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 22.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

Inga Ricardorum, species nova ex regione fluminis Ucayali, Peruviae

par *Luciano Bernardi et Rodolphe Spichiger*

Conservatoire et Jardin botaniques, Genève

Manuscrit reçu le 11 avril 1981

Inga Ricardorum Bernardi et Spichiger

Arbor usque 20 m alta, 18-20 cm diametralis, ramulis compressis, sulcatis, sublucidis, ochraceo-casteneis, lenticellatis. Folia paripinnata, alterna, utrimque glabra, stipulis deciduis (non observabantur in vivo), circa 20-25 cm longa et 16 cm lata (ad jugum majus superius foliorum).

Rhachis foliorum anguste alata, alis ambitu obovato-oblongo, infra graciliter venulosis; ad foliorum basim glandulae crateriformes usque 2 mm altae conspiciuntur, peculiares. Folia 6-7 juga; foliola de basi ad apicem majora fiunt. Foliola igitur apicalia usque 12 × 3 cm magna, foliola basalia tantum 4 × 1 ex eodem folio quidem observantur, omnia tamen valde acuminata. Costa superne prominula, prominens infra; nervi laterales gracieles, arcuati, alterni, valde separati, 5-8 utroque latere et utraque pagina notandi. Nervuli tantum inferne observandi. Petioli basis crassior, atra in sicco, ceterum petiolus compressus et canaliculatus conspicitur, 15-18 mm in toto longus.


Spicae laterales simplices, quam folia valde minores (3-6 cm longae), rhachide majore parte denudata, valde compressa, sectione rectanguli; flores dense versus apicem congesti, tamen crebri delabuntur, tantum 5-15 supersunt spicae, bracteolati, bracteolis lineatis quam calyce ter minoribus.

Calyx tubulosus, spathaceus, nervis prominentibus rectisque praeditus (minime «striatus» ut legitur apud auctores pro ut speciebus Ingae ejusdem calycis structurae!), puberulus. Corolla etiam tubulosa et angusta, lobulis triangularibus acutis 5-6, externe sericeo-tomentosa pilis flavo-auratis, interne glabra. Stamina — more generico — numerosa, ultra triginta sed minus quam quadraginta, filamentis adnatis in tubo producto usque ad corollae faucem, antheris minimis valde deciduis. Ovarium sessile, crassiusculum, parum compressum, ovulis biseriatim 10-14 ad singulam seriem; stilus valde productus, stigmate obsoleto.

Calyx 8-9 mm altus; corolla 18-20 mm, lobulis 3-4 mm altis, inclusis. Stamina usque 4 cm longa, tubo 2 cm. Legumen desideratum.

Animadversiones: Affinitas bifaria consideratur ab auctoribus, id est:

1. cum *Inga acuminata* Benth. (ex insula Trinitatis et Venezuela) quae spicis paniculatis vel fasciculatis, axillaribus, calyce etiam spathaceo, corolla simili, ovulis plus minusve eodem numero, tamen bracteolis latioribus et staminibus numerosioribus (50-60 et ultra) gaudet; et contra folia distinctissima et ob petiolum alatum, tantum 3-4 juga, alis rhachidis latioribus (usque ad 12 mm) foliolis superioribus usque ad 5 cm latis.



2. cum *Inga stenoptera* Benth. (ex Guayana olim britannica et Amazonia usque oppidum Tarapoto nunc peruvianum) similis ob spicas singulas, ob rhachidem alis oblongo-obovatis angustis (sed sparsim rufo-pilosellis ita ut foliis!) et ob eumdem staminum numerum. Sed discrepat in: calyce breviore, vix 5-6 mm longo qui aperitur in quator lobulis obtusis parum dissimilibus (in *Inga Ricardorum*, calyx spathaceus supra nuncupabatur quia qui-

dem aperitur in duobus lobis valde inaequalibus: vide delineationem); in corolla tantum 12 mm longa; in staminibus tubo longe exerto et in numero ovulorum biseriatum tantum 5-6 ad singulam seriem (in Typo: Richard M. Schomburg 795 et in Paul H. Allen 3302). Folia etiam tantum 2-juga et foliola nervis valde numerosioribus ab foliis *Ingae Ricardorum* discedunt.

Typus

Bernardi 20691, in silva procera non inundata 3,5 km de pago Jenaro Herrera, Rio Ucayali, Requena Peruviae, in loco tuto Arboretum Jenaro Herrera nominato, ex arbore 2/228, ab incolis «Shimbillo», 6.V.1980: G. Specimina ejusdem numeri distribuuntur Herbariis: FI, K, LE, MO, NY, P, US, Z.

Nuncupationis causa

Nonnullis viris in rebus naturalibus praecipue Botanices vastae plagae Amazoniae et Guayanae magnopere laudandis, Ricardis vel Familiae vel praenomine notis, haec Inga dicatur:

Ab antiquo ad praesentia, sunt:

- 1) Louis Claude Richard, gallicus, qui Guayanam vel Cayennam et Brasiliam borealim perlustravit (1781-1785), specimina copiosa rerum naturalium obtinuit.
- 2) Richard M. Schomburgk, germanus, fratri Roberti senioris comitatus est per Guayanam britannicam (1840-1844), res naturales maximi pretii legit, vitam sum perfecit ut rector diligens Horti Botanici Adelaide Australiae, semper tamen Americam aequinoctialim memorans (1811-1890).
- 3) Richard Spruce, anglicus (1817-1893), celsior inter celsos, Amazoniae quidem princeps perlustratorium, incomparabilis, summa virtute cum modestia maxima: tanto viro nullum par elogium adest.
- 4) Richard Evans Schultes, Americae borealis, Botanicus nunc validissimus, Amazoniam Colombiae, Peruviae, Brasiliae saepe inspexit, studiosissimus de virtutibus plantarum soporantium et magicarum apud silvarum incolas. Nonnulla scripta de vita Richard Spruce etiam egit.
- 5) Richard S. Cowan, Americae borealis Botanicus, ponderosorum librorum nunc de chartis phytographorum coauctor indefessus, sed etiam viator et lector per Americam calidiorem et studiosus acerrimae familiae Leguminosarum, editor opuscula «The Bean Bag», Vir igitur praestantissimus.

Dr. L. Bernardi et R. Spichiger
Conservatoire et Jardin botaniques
Case postale 60
CH-1292, Chambésy